Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26280
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hinc est quod cum tribus beniamin in carnis scelere fuisset obru
ta· collectus omnis israel ulcisci iniquitatem uoluit· sed tamen semel
et iterum in belli certamine ipse prostratus est· Consulto autem
domino· si ad ulciscendum ire debuissent· iussum est quia iuxta diuine
uocis imperium perrexit· et semel et secundo perit ·et tunc
demum peccatricem tribum ualde feriens· pene funditus ex
tinxit· Quid est ergo quod in ulcione sceleris inflammatus· et tamen prius
ipse prosternitur· nisi quod prius ipsi purgandi sunt· per quos aliorum
culpe feriuntur· ut ipsi iam mundi pulcione uiuant·
qui aliorum uitia corrigere festinant· Unde et insidiantibus
quibusdam et punienda altera deducentibus dicitur· Qui sine peccato
est uestrum primus in illam lapidem mittat· Ad aliena quippe pec
cata punienda ibant· et sua reliquerant· Reuocentur ita
qui intus ad conscientiam· ut prius propria corrigant· et tunc alie
na reprehendant· Unde necesse est· ut cum contra nos ultio diui
ni examinis cessat· nostra se consciencia ipsa reprehendat·
atque ad lamenta penitentie ipsa se contra semetipsam erigat· nec
contra bonos elata· et sibi humilis et contra se rigida sit· bonis
hominibus submissa· INCIPIUNT EXPOSICIONES LI
BRI· REGUM IN NOMINE DOMINI·

I· Dominus iudicat fines terre· II Tollentes duas uaccas que lacta
bant uitulos· iunxerunt ad plaustrum· III· Nonne cum esses paru
lus in oculis tuis· caput te constitui in tribubus israel· IIII· V· VI· Ite unde
supra· IIII Melior est obedientia quam uictime· V Ecce spiritus malus
exagitat te· VI Quod cum saul spiritus malus inuaderet adprehend